666 omnia pænis simplicibus vel triplicatis Exactori suspensionis fatalijs Juris Praescriptione Terrestri Bellicaque Conuentionibusque ac alijs quibuscunque Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec alio quouis modo euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Præmysliensi Feria Quarta post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo.

H/III
1657

Mnißek Testamentum approbat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensibus Generosus Petrus Paulus Mnißek sanus mente et Corpore exemptis a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et Com[petentibus] recedens Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subijciens palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Dispositionem certam Testamentariam Vltimae Voluntatis suae ratione certarum rerum et conditionum in eadem

Dispone

Dispositione testamentaria connotati et contenti de-
acti et dato Illius obidem expressis in Scripto eo no-
mine confecti et conscripti manu sui Recognoscentis
et certarum personarum in eodem Testamento specifi-
cati subscripti in omnibus Conditionibus punctis clau-
sulis articulis ligamentisq ac nexibus in universum
omnibus roborat approbat ratificat et confirmat
præsentibus Inscribendo et obligando Successores suos
super bonis suis generaliter omnibus mobilibus et
immobilibus summisq pecuniarijs quibuscunq habitis
et habendis quoad satisfactionem contenti omnium
eiusdem testamenti prout in se est et prout quam
libet personam eodem testamento specificatam tan-
git in omnibus et singulis Conditionibus punctis
clausulis articulis damnis Terrestribus ligamentisq
ac nexibus generaliter universis firmiter tenere sem-
plere exequi ac inviolabiliter observare eodemq et
ipsius contentis omnibus et singulis tam in toto quam
in parte totiesquoties opus fuerit respective cuiuslibet
personarum sigillatim et seorsum ad hoc idem te-
stamentum pertinentium satisfacere Dispositionem
præfatam Testamentariam ad Inscriptionem præsentem
et e contra vicissim in toto referendo. Idque sub
damnis Terrestribus simpliciter absq Corporali iura-
mento taxandis et educendis per Successores sui
Recognoscentis in Casu Contraventionis Contenti
eiusdem Testamenti respective cuiuslibet personæ
ad Contenta et legata eiusdem Testamenti pertinentis

ad

66 ad solvendum succumberent. Pro quibus quidem
damnis Terrestribus simpliciter absque corporali iuramen-
to taxandis ac pro re aliqua principali ex contextu
eiusdem Dispositionis Testamentariae non completa
complenda citati [illegible] successores sui Recognoscent.
Ad instantiam Executoris et personarum Ius et interesse
ad contenta eiusdem Testamenti et legata habentium
et praetendentium iuxta competentiam interesse et sor-
tem cuiuscunque illorum. Ad officium praesens Castren. Ca-
pitan. Premislien. suae Leopolien. idem Castren. ad
quod prius citabuntur exhinc recessu supradicto
quoad respondendum spectat mediante semper in
primo citationis termino tanquam peremptorio sta-
re Iurique parere respondere damna praestata Terrestria
luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudi-
catum pati debebunt et tenebuntur prout per [illegible]
Recognoscentem ad eadem omnia onerantur et
obligantur praesentibus. Illum terminum primum pe-
remptorium uti et alios omnes exinde consequentes
causis eiusdem terminos semper peremptorios
vera infirmitate, Proclamatione, Minorennitate, suc-
cessionum, Legatione intra vel extra Regnum, ser-
vitio militari, ad munimenta ad Evincendum vel
alys quibusvis dilationibus et legalibus impedi-
mentis non differendos. Adquietationem praeterea
ultra proximos officij praestati Castren. Premislien. ter-
minos dilationem sibi non recipiendo nullasque
motiones protestationes ac [illegible] exemptiones

faciens

faciendo Cassaz omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus Fatalibus Juris Professione Generali Bello Conventioneque ac alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec alio quouis modo euadendo Hac praesenti personali Recognitione ad Acta ocia mediante.

Idem Pielwieckim Scriptum Roborat.

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castren. Capitaneal. Premislien. Generosus Petrus Paulus Mnissek Sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo Praesenti vero Castren. Capitan. Premislien. Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet Seque successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et personam Generosorum Joannis et Dorotheae Pielwieckich fratris et sororis Virginis germanorum olim Generosi Venceslai Pielwiecki liberorum olim vero Generosi Joannis a Zarszyn Pielwiecki filiastrorum germanorum sui vero Recognoscentis vigore tutelae pupillorum ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto contentarum

de actu